


Conchæ marina rugata crassa testis. Meer-Kunstj. Müllers Hist. mit Sicleron Sch. 174.

Sunt Conchæ marinae æquivalves, et quasi æqualiter, ac circinatæ, seu subrotundæ transverse profunde striatæ, striis secundum longitudinem transversim striatis, et in super alio à rostro ad imam oram usque, sed non in recta, neq; in continua, neq; æquali linea quætuor intersectio, segmentis inter has strias quandoq; in papillulas longas, et latiusculas subrotundas præsertim circa latera excrecentibus, quæ omnia rugas valde notabiles reddunt; umbonata, et Chamæarum instar ventricolor, cervice seu rostro umbonis crassiore, notabiliter incurvato, et utring; circa cardinem sese attingente, suæ, incurvaturæ è latere rostri incurvati parvulam cordis figuram efformante, ex altero vero latere, ubi ligamentum adheret, quasi plana existente, claustris, et ligamento validissime munita, propterea etiam non nisi vi aperiri potest, quod in Chamis contrarium observatur, quæ lubentissime, et sponte hiant, extrema interna orâ meris minus crenulis cinetâ, nec non interne colore violaceo quandoq; insignitâ. An Conchæ rugata Rond. 18. Die große Meer-Kunstj. oder Müllers Hist. Gesl. 330.

Conchæ marina rugata crassa testis maior Cataloniensis Hispanica striata papillosa, præsertim è lateribus ex alio bo flavescens coloris. è latere umbonico repræsentata. + ob-
Aperta.



Eodem è lateribus cardinis repræsentata. I. quasi plana existens, II. cum parvulâ Cordis figurâ.
Ad hoc genus pertinere videntur omnes species Conchyliorum repræsentate à Listero Hist. Conch. lect. 4. cap. 3. de pectunculis fasciatis, et luvula notatis margine striato.

